

SCRIPTA

Numéro Scripta : 211

Auteur(s) : Lambert, fils d'Ansbert [particulier]

Bénéficiaire(s) : Givnard [particulier]

Genre d'acte : charte

Authenticité : non suspect

Datation : 955, 25 juin

Action juridique : vente

Langue du texte : latin

Analyse

Lambert, fils d'Ansbert, sa soeur, Girberge et d'autres de ses proches vendent à Girvard et à ses frères leur alleu, situé en Corbonnais, à Condeau et au Rouvray.

Tableau de la tradition

Éditions principales

a. Guérard Benjamin, *Cartulaire de l'abbaye de Saint-Père de Chartres*, Paris, Crapelet (Collection de documents inédits sur l'histoire de France ; 1ère série. Histoire politique), 1840, 2 vol., t. 1, p. 198-199.

Indications

Louise Gérard, *La seigneurie de Bellême Xe-XIIIe siècle*, dévolution des pouvoirs territoriaux et construction d'une seigneurie de frontière aux confins de la Normandie et du Maine à la charnière de l'an Mil, Flers, Le Pays bas-normand, 1992-1993, 2 vol., t. 1, p. 271.

Texte établi d'après a

In Dei nomine. Notum esse volumus cunctis fidelibus, tam præsentibus quam futuris, ego videlicet Lambertus, filius Ansberti, cum Girberga, sorore mea, necnon et propinquis nostris Guaningo et filiis ejus Gadilone atque Ingone, et filia Girberga, quia nostrum alodum, quem in territorio Corbonensi actenus hereditario jure possedimus, Girvardo militi fratrique suo Gertranno, Odoni quoque atque Ildegario, transfundendo distrahimus ; accipientes ab eis in argento XXIII solidos nummorum. Est autem alodus ipse, quem vendimus, in villa Condato nomine, cum terris cultis et incultis, pratis et pascuis, areaque molendini unius super Odanam fluvium, cum omnibus terminationibus suis, pertinentibus ad ipsum alodum. In Rovredo quippe villa est mansus unus cum terris et pratis, pertinens ad præfatum alodum. Itaque, in commune consentientibus omnibus propinquis nostris, prædictis viris ea ratione tradimus ac vendimus alodum nostrum, ut, ab hodierna die et deinceps, eundem alodum possideant, potestatemque habeant vendendi et dandi cui voluerint, sine ulla calunnia. Terminatur denique ab uno latere Odana fluvio ; secundo latere, via publica ; tercio, terra sancti Launomari ; quarto, alodo Ruinnaldi. Si quis autem heredum nostrorum hanc venditionem infringere vel calumpniare temptaverit, iram Dei incurrat, et quod repetierit non evincat ; set cui litem intulerit libram auri persolvere cogatur. Quatinus autem firmior hæc carta permaneant, manibus propriis corroboravimus, atque ducis Hugonis nobiliumque virorum corroborandum dedimus ; quorum nomina mandavimus subscribere. S. Hugonis ducis. S. filiorum ejus, Othonis et Hugonis. S. Odonis comitis. S. Hugonis, comitis Cenomannorum. S. Hervei, comitis Mauritanie. S. Lamberti vicecomitis. S. VVillelmi advocati. S. Siefridi. S. Aimonis. S. Gualeranni. S. Erlandi vicarii. Data est VII kalendas Julii, anno primo regni regis Chlotharii. »

Nostrī denique antecessores hanc sibi cartam sufficere credentes, in archivis ecclesiæ servare curantes, ad posterorum noticiam, super hac re alteram scribere neglexerunt, præter manum firmam quam datam esse ab abbate Landrico præfati sumus.

Nunc ergo stilus ad cellam Ledonis Curie festinus vertatur, atque cartas tantummodo duas quæ Landrici abbatis tempore datæ sunt scribentes, finem faciamus, et sic ad abbatis Huberti cartas pennula nostra currat.